



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Opus pulcherrimu[m] de tribus vsitatis christianoru[m]  
actibus: oratione videlicet: ieiunio [et] elemosyna**

**Guntherus <Parisiensis>**

**Basilee, 1507**

**VD16 G 4140**

Capitulu[m] secundu[m].

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30791**



niri si dicat hoc modo:

Capitulū secundū.

**C**atholica oratio est regularis et pensata pro salute anime vel his que ad illam potesse valeat diuine pietatis imploratio. Nunc ipsam quoque diffinitionem ad maiorem rei diffinitionem diligentius exponamus. Imploratio ponitur hic tanquam genus et principium orationis: quoniam (ut dicunt philosophi) cuiuslibet rei diffinitio a genere trahi debet: ut si velis hominem diffinire/necessesse est a genere incipias: ut dicatur: homo est animal. Sed quia nondum cuiusmodi animal sit homo demonstratum est: necesse est ut accedant substantiales differentie/ut earum accessu diffinitionem perficias hoc modo: Homo est animal rationale mortale. Animal quidem genus est: rationale mortale differentie substantiales: que etiam specificiter dicuntur: eo quod accedentes generi speciem constituunt. Sed hec tropologica ingressuris in suis isagogis satis erudite tradidit porphyrius nobis breuiter memoranda erant ut doceremus hanc diffinitionem catholice orationis que data est a deo perfectam esse et cum suo diffinitio conuertibile ut nihil vel de trahi debeat vel apponi necesse sit. Est igitur imploratio genus orationis: quemadmodum ani-

mal gen<sup>o</sup> hominis: Cetera vero pro substantialibus differentiis adiecta sunt: quemadmodum rationale mortale in hominis diffinitione.

Capitulū tertium.

**H**orum prima est que sic ponitur/ diuine pietatis: quorum alterum/ videlicet pietatis/ eo sensu positum est: quia tota orantis intentio ad hoc tendere debet ut deum sibi propitium ac propitium valeat promereri. Nam et vere orationis semper hic finis est: siue cum deo optata tribuit: ut Petro oranti pro dorcbade suscitanda: siue cum petita quidem negat/ sed potiora largitur: ut Paulo petenti ut angelus sathane ab eo discederet: seu etiam cum quedam crudeliter videtur operari/ ut in submersione egyptiorum clamantibus filiis israel: in expugnatione amalech ad secretam moysi orationem: in eruptione nunciatorum regis non tam imprecante propheta quam orante: in contritione gentium clamantium in celum machabeis. Nec enim omnia diuine virtutis opera et his similia que passim scripturis sacris inserta sunt de fonte pietatis manasse non est ambiguum: vel ut deus fidelibus suos ab impijs oppressos poterit eriperet: vel ipsis impijs quos ex vita diuturna prouidebat/ posse fieri nequiores/ accelerata morte sequentium malorum

Act. 9

2. Cor. 128

Exod. 242

Exo. 172

4. Reg. 52

1. Macha beoz. 4.